


144







10  
1.  
2.  
3a  
4.  
5.  
6a  
7.  
8.  
9.  
10  
11a  
12





1670.

1. Beckmann, Joh. Volk: De juri ditione ejusque turba-  
tione.
2. Beckmann, Joh. Volk: De interese creditorum
- 3a. Beckmann, Joh. Volk: De pluribus concurrentibus  
actionibus sine actionum concursu.
4. Beckmann, Joh. Volk: De fide instrumentorum.
5. Beckmann, Joh. Volk: Tutor testamentarius.
- 6a. Beckmann, Joh. Volk: De jure viarum.  
2 Suppl. 1670 & 1730.
7. Beckmann, Joh. Volk: De renunciationibus
8. Beckmann, Joh. Volk: De clericorum privilegiis.
9. Beckmann, Joh. Volk: Jus statutum imperii sublimae
10. Beierus, Adriaenus: Specimen hermeneuticum occa-  
sione brocardi: erubescit fetus sine lege loqui.
- 11a, b. Beierus, Adriaenus: De restoratione domus ruinosa  
communis 3 Suppl. 1677, 1715 & 1747.
12. Falckner, Joh. Christophorus: De jure et legitimatione  
spuriarum.



1670.

- 13<sup>a</sup>. Falckner, Joh. Christophorus: De auto scriptis.
14. Falckner, Joh. Christophorus: Aliquot juris quaestiones
15. Falckner, Joh. Christophorus: De titulis eorumque pro-  
fractione et abbreviatione
16. Falckner, Joh. Christophorus: De jure collectandi.
17. Fuensterus, Michael: De recognitione scripturae  
vim probationis ad recognoscendam, vel jurato  
diffidentem judicialiter productae
18. Frederici, Johannes Arnoldus: De aloe.
19. Frederici, Johannes Arnoldus: De mania ex philtro.



ous

v >

ilfro.





3206.





1670/12 13 4. 16  
DISPUTATIO INAUGURALIS

DE  
JURE ET LEGITIMATIONE  
SPURIORUM,

Quam  
Deo Optimo Maximo annuente,

ex  
Decreto & Autoritate  
*Magnifici ac Nobilissimi Jctorum Or-*  
*dinis in Illustri Salana,*

P R Æ S I D E  
V I R O

*Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atque Excellentissimo*

**DN. JOH. CHRISTOPHORO Falschner /**  
J. U. D. P. P. celeberrimo, Consiliario Saxonico, Curiae  
Provincialis, Facultatis item Juridicae & Scabinatus Assessore  
gravissimo,

*Dn. Patrono ac Promotore suo observanter colendo,*

**PRO LICENTIA**

Summos in utroque Jure Honores ac Privilegia Doctora-  
lia ritè consequendi,

*Publico Eruditorum Examine sistit*

**GUNTHERUS HEINRICUS EVERHARTI,**

*ad diem Novemb. M DC LXX.*

*horis ante- & pomeridianis consuetis in Auditorio Jctorum.*

JENÆ

Typis JOHANNIS NISL,



*SERENISSIMO* atque *CELSIS-*  
*SIMO PRINCIPIS AC DOMINO,*

**DN. ERNESTO,**

PIO, FELICI AC INCLUTO,  
DUCI SAXONIÆ, JULIÆ,  
CLIVIÆ ET MONTIUM, LANDGRAFIO  
THURINGIÆ, MARCHIONI MISNIÆ, PRINCIPA-  
LI DIGNITATE COMITI HENNEBERGIÆ, COMITI  
MARCÆ ET RAVENSBERGÆ, DOMINO IN  
RAVENSTEIN,

*DOMINO SUO CLEMEN-*  
*TISSIMO,*

Hanc Disputationem suam Inauguralem


*dedicat, consecrat*

**SUBJECTISSIMUS AC DEVOTIS-**  
**SIMUS**

**CLIENS AC SERVUS**

**GUNTHERUS HEINRICUS EVERHARTI.**





I. N. D. N. J. C.

**Q**uod DEus faustum atque  
felix esse jubeat ! sit itaque circa  
hanc rem Deus Principium, medi-  
um atque terminus, *Novell. 89.* &  
quemadmodum ignis non ex silice solo, sed  
ope chalibis elici solet, ita non disputatio ve-  
ritate, sed veritas disputatione acquiritur, uti  
verba sunt Sancti Augustini in prologo ad Opus  
Variarum: Quæst: circa S. scripturam; Si quis  
igitur quæstiones non solutas invenerit, non id-  
eo sibi nihil collatum putet, ut cum eodem  
Augustino iterum loquar; Sed nunc materia  
nostra est, ut dicamus, de iis, qui aliquâ maculâ  
vel infamiâ, aut turpil notâ laborant, & quo-  
modo restituantur, sic itaque sit

THES. I.

**S**umma autem divisio liberorum est, quod alii sunt legi-  
timi, seu justii, alii illegitimi seu injusti, scilicet ratione  
requisitorum jure Civili positorum. Justii enim sunt, qui ex  
legitimis nuptiis procreati sunt, & ideò patrem suum,  
quem habere licet, demonstrare possunt. *l. 19. ff. de stat.*

A 2

born:



*bon*: Illegitimi verò, qui ex Nuptiis illegitimis & injustis, vel damnato coitu vel incestu progeniti sunt, & sic patrem demonstrare non possunt, nec de jure debent. l. 23. ff. d. *stat. bon.* unde solent spurii appellari *παρὲν τὴν ἀπορῆν & ἀπατρῶς* quasi sinepatre. §. 12. *Inst. de nupt.*

TH. II.

Diximus ex damnato coitu vel incestuoso etiam esse spurios, horum tamen est deterior conditio quam spuriorum simplicium, *Boër. Decis. Aur. 127. n. 6. fol. 242.* cum de jure Civili ipsis nec alimenta debeantur *Auth. ex complexu C. de incest. Nupt.* quæ lex tamen amplius non valet, & quamvis variis nominibus appellentur, spurii tamen sunt, Nothi, Liberi naturales, Bastardi, & qui in concubinato nati sunt, §. 12. *Inst. de Nupt.* & indifferenter ac generaliter vocantur Spurii, qui extra matrimonium procreantur, sive ex damnato coitu, sive non damnato, & perindè ab intestato succedere debent non solum matri sed etiam aviæ maternæ, & aliis ascendentibus per lineam maternam l. 8. ff. *unde Cognat. Christin. vol. 1. decis. 198. n. 2.*

TH. III.

Consideratâ igitur distinctione legitimorum ac illegitimorum, præprimis videndum erit, de personâ Spuriorum & dignitate. An Spurii laborent infamiâ aliquâ? Quær. luculenter explicata est hæc quæstio ferè ab omnibus Dd., ut ideò nova folia duplicare, necesse non sit, brevitati igitur litans, summa tantum capita & usum hodiernum, quantum fieri potest, attingam, & respondetur quod sic, quamvis non juris, facti tamen ignominiam incurrant. *B. Dn. Carpzov. p. 3. C. 10. d. 10. per tot.* & ita in Camera Imperiali receptum est, naturales sive Spurios facti infamiâ laborare *Mynsing. Cent. 4. obs. 31. per tot.*

TH. IV.



TH. IV.

Maculâ ergo Spurii laborant non ex facto suo, sed propter illegitimos natales, quod ex matrimonio non legitimo, sed coitu damnato procreati sint, *Jacob. Thoming. decis. 48. n. 7. pag. 501.* & Spurii ab incunabilis secum quandam infamiae notam ducunt, eosque turpes ac viles judicat *Joann de Castillo lib. 2. controv. quotid. cap. 19. num. 50. & Joacchim. à Beust. in l. 3. n. 26. ff. de jurejur.*

TH. V.

Cum ergo constet Spurium esse personam turpem, & infamem, rectè ergò nec habent jura legitimorum, & sic non admittuntur ad munera publica, ad Notariatum, ad officium assessoris *l. 2. ff. de Off. Assess. Procuratoris l. 6. C. de Proc. Commissarii Menoch. Consil. 18.* quia Commissarius sæpè personas notoriè Spurios potest rejicere, & ipsum convenit esse legitimum, ne ipsi objiciatur, Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum: Sed hîc ait *Rutger. Ruland. de Commiss. lib. 1. cap. 7. n. 6. pag. 32.* Si Spurius per subsequens Matrimonium sit legitimatus, omninò admitti debet, non obstante statuto, ut sit legitimè natus, quia legitimati per subsequens matrimonium dicuntur legitimi, & per omnia in omnibus æquiparantur filiis stante legitimo matrimonio natis, *Nov. 89. c. 8. versic. si quis igitur dotalia. Ant. Gabriel. conclus. comm. lib. 6. tit. de Legitim. conclus. 1. n. 19. fol. 347. Joann. Francisc. Baltbas. Pract. Resol. tit. 3. Resol. 1. num. 19. p. 249.* non censentur esse testes ex exceptione majores *l. 3. ff. de Testib. nec Advocationis munus subire possunt. Ummius ad Process. judic. disp. 2. thes. 6. n. 32.* quando verò Spurius est assumptus, ejus ordinatio non est irrita, licet in gravioribus causis fidei ejus derogetur *Hontbe- mius de arte Notar. 1. cap. 35. §. 6. n. 8.* nec habent jus retra-

A 3

ctus,



Quis, quia non sunt de familia & domo parentis *Reink. de jure Retract. quest. 2. n. 241. & n. 242.* nec nobilitas paterna transmittitur *Nicol Noalis. de Transmiss. cas. 29. num. 32.* nec jura Sepulchrorum habet *Cass. Ant. Thesaur. libr. 2. qu. 45. n. 2.* nec Consiliarius principis esse potest *Mynsing. Cent. 4. observ. 31.*

TH. VI.

Adeoque Spurii sunt honoris expertes, ut etiam descendentes legitimi ab ipsis Spuriis nec dicantur juncti aliquo vinculo avo, nec de ejus domo *Decian. consil. 3. sub n. 99. vol. 1.* atque insuper descendentes legitimi ex Spuriis dicuntur prorsus extranei Patri, avo aliisque ascendentibus *Franc. Niger. Cyriac. contr. for. lib. 1. controuv. 8. n. 34.* Imò minus sunt quam extranei, quia quilibet extraneus potest quid capere titulo lucrativo à patre Spurii, quod tamen ei prohibitum: *Cyriac. d. 1. num. 35.* nec veniunt nomine liberorum nepotes, nisi verè sint nepotes.

TH. VII.

Q. Hinc occurrit Qu: An Spurius possit fieri Doctor? Adeò valdè gravati sunt Spurii, ut etiam *Magenborst. p. 1. tit. 3. §. 2. ad Ord. Cam. scribat,* cuidam legitimè nato, sed quod patrem haberet illegitimè natum, dignitatem Assessoris in Camerà fuisse denegatam: & ferè pleno Senatu nostrorum ait *Limneus de jur. Publ. lib. 8. c. 8. num. 78.* constitutum est, ut Spurii non admittantur ad gradum Doctoris, & allegat alios etiam excelsi in genii Dd. *Heigius p. 1. quest. 21.* ait quæ Spurium Doctorem nō magis esse posse, quam asinus, & *Bald.* etiamsi essent legitimati, quia legitimatus sit similis alchimix, sed *Fulv. Pacian. de Probat. c. 41. n. 21.* distinguit h. m. Aut quis est eximiè doctus & doctrina & moribus præditus,



ditus, & hoc casu admitti debet. *Bologn. ad Autb. habita C. ne  
fil. n. 42.* ne ejus impediatur dignitas qui nihil admisit, & im-  
desuetudinem abiit opinio, quæ Spuriis planè repellit à  
Doctoratu, ut tradit *Fulv. Pacian. lib. 2. de probat. cap. 41. n. 122.*  
quia experientia testatur, Spuriis sæpè virtutibus alios ho-  
mines legitimatos superasse. *Knipschild. de jur. Civitat. lib. 2<sup>m</sup>  
quest. 29. n. 122.* addit tamen prælaudatus *Heigius d. l. n. 61<sup>o</sup>*  
rarò hoc accidere, sed nihilominus hodiè manet statutum,  
ut nemo recipiatur in Collegium nisi sit legitimè natus.  
*Magnif. Dn. D. Richter p. t. Decanus, Patronus meus maximus  
part. 2. decis. 80. n. 27.*

TH. IIX.

Sed quid ad Cives, Anne in numerum eorum recipi  
possunt? Negat id *Knipschild. de jur. Civ. cum & Romani,  
Athenienses, Lacedæmonii, & aliæ quam plurimæ civitates  
Spuriis libertatem & communicationem Civitatis negarint,  
& apud Hebræos non recepti fuerint ad decimam usque ge-  
nerationem nec illis inter honestos versari licuerit apud  
Svecos, Gothos, & Norwegios *Petr. Greg. Tholosan. de  
Republ. lib. 7. c. 8. n. 2.* prout etiam testatur *Olaus Magnus in  
Histor. de Reb. & homin. Septentr. lib. 14. cap. 12. fol. mibi  
383. verflucht / und unglückhaftig ist ein Kind / daß in uneh-  
ren geböhren wird / daß es zu iederzeit für Ehrloß / und untüch-  
tig gehalten ist / wenn es schon eines Fürsten oder höchsten Edel-  
manns Sohn wehre / quia plerunque censentur esse mali, &  
homines perditissimi & seleratissimi *Knips. d. n. l. 2. c. 29. n.  
120. & sequ. Besold. in Thes. Pract. verbo Bürger/bisce verbis:*  
Quibusdam in locis receptū est, eos qui ex uno in alium mi-  
grant locum habitandi vel negotiandi ibi causâ, non aliter ad  
jus Civitatis admitti zum Bürger-Recht / quam si Magi-  
stratus, sub quo jam dudum habitaverint literas testimonia-  
les ex-**



les exhibeant & doceant, se istic honestè vixisse & legitimè natos esse; In Galliâ ad Regni successionem, etiamsi legitimi fuerint, non admittuntur. *Hottomann. de Suec. Regn. Franc. lib. 3. fol. 34.* sic etiam nec ad Electoratum *Aur. Bull. tit. 7.*

TH. IX.

**Q.** An & ex patre famoso natus, puta à Spurio, ad dignitatem admitti debeat. Quæritur? quamvis Dd. valdè objiciant, quod in eo aliqua macula hæreat, præsertim propter illegitimos natales, & quia ex putrido sanguine sit pro creatus *Ant. Faber. in C. lib. 9. tit. 28. def. 20. n. 3.* attamen hæc macula ipsi nec obesse, nec patris notâ filius maculari debet *l. 2. §. 2. vers. in avo quoque ff. de Decur:* nec patris delictum innocenti filio poena esse, nec filius odio patris prægravari debet *l. 33. §. 1. C. de inoff. Test.* quia legitimatus Spurius habetur pro justo *Carpzov. p. 2. C. 6. d. 15.* multo magis ille qui est procreatus ex matrimonio justo, licet pater Spurius fuerit. *Carpz. p. 2. decis. 11. per tot.* ubi habet præjudicium, & hoc etiam in legitimato per rescriptum verum esse putem, eadem subeunte causâ.

TH. X.

**Q.** Nunc de illorum successione, & quomodo succedant hoc loco investigare, quantum fieri potest, operæ pretium erit, an succedant Patri, Quæritur? in patre negatur *Auth. licet. C. de Nat. liber:* pro modo tamen facultatum pater tenetur alere & dotare *Mævius ad jus Lübecc. lib. 2. artic. 9. n. 11.* modò tamen aliundè ea non habeant, puta ex aliquâ arte, quam exercent, vel aliquâ aliâ re *Ludov. Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 168. n. 2.* nec possunt naturales præteriti vel ex hæredati in Testamento patris, quamvis non extent liberi legitimi, testamentum patris dicere nullum vel inofficiosum.



5.  
ciosum, *Anton. Peregrin. de jur. Fisci lib. 3. tit. 18. n. 24.* ipsi-  
que naturali à patre nihil testamento donari vel relinqui  
potest, & institutio Spurii ipso jure nulla est *Valent. Forst.*  
*de succ. ab intest. lib. 6. cap. 47. n. 4. cum seqq.* nihilque Spu-  
riis à patre vel ex causâ lucrativâ, vel onerosâ vel per se vel  
per alium capere potest. *l. 6. C. de sec. nupt. Knipschild. de fi-*  
*deicom. illustr. cap. 8. n. 293. pag. 367.* Alia verò ratio est in  
Principe, qui suum Spurium benè instituere valet ex ratio-  
ne, quia prohibitio institutionis est juris Civilis, quæ à Prin-  
cipe, qui legis condendæ potestatem habet, facillè everti  
potest. *Alciat. in l. liberorum ff. de V. S. & pari modo rece-*  
*ptum est, Spuriam hoc casu à principe patre dotari posse*  
*Nicol. Boërius decis. 127. num. 17. fol. 243.* Imò nec in testa-  
mento quidem pater Spurio quid legare potest *Ant. Thesaur.*  
*lib. 1. quest. 25. n. 1.* quamvis loco alimentorum aliquid ipsi  
relinqui possit, licet sit incestuosus, quod & procedit de  
jure Canonico *Riminald. junior Cons. 380. n. 18. lib. 4.* & licet  
pater relinquat legata pia, Spurio verò nihil, ante omnia,  
alimenta filio illegitimo, quibus indiguerit, detrahenda sunt,  
tanquam verum debitum tali filio, quamvis Spurius non ad  
causas pias & pauperes referatur *Valent. Forst. de Succ. ab*  
*intest. l. 6. c. 47. n. 17.* Postea verò de reliquo implenda sunt  
legata pia *Lud. Molina tract. 2. de just. & jur. disp. 168. n. 8.*  
alimenta autem continent potum, victum, vestitum, habi-  
tationem, & reliqua necessaria *l. 5. §. 12. ff. de assign. liber,*  
etiam impensas funeris, si moriatur *Molin. d. l. disp. 168.*  
*num. 6.*

TH. XI.

Quod si tamen Spurius quicquam de bonis patris præ-  
ter alimenta obtineat, in conscientia tanquam illorum in-  
capax, tenetur id restituere hæredibus relictis in Testamen-



to, quibus per jus adcrefcendi id cedit, fin autem nulli funt ex testamento, tenetur restituere heredibus ab intestato, & possunt id exigere heredes, quod si verò intra duos menses in exigendo sint segnes & negligentes, tunc fiscus id sibi vindicat. *l. 1. §. ult. C. de Nat. lib. Lud. Mol. de just. & jur. disp. 167. num. 5.*

TH. XII.

Sed pater istis non obstantibus potest Spurium heredem instituere, si monasterium ingrediatur. *Trentacinq. libr. 1. Resol. 1. de Spur. n. 4.* quia ingressus monasterium, sicut omnem maculam, ita & illegitimitatem, (ut ita loqui liceat) abstergit, & quia apud talem illegitimum non est remansura hereditas, sed confestim transitura ad monasterium. *auth. ingress. C. de S. S. Eccles. satisque dicitur capax, cum non capiat, ut sibi ipsi commodum afferat, sed aliis, in quo casu is, qui aliàs est incapax, institui potest Valent. Först. de Succ. ab intest. lib. 6. c. 47. n. 19.* & quemadmodum Spurii per Oblationem Curia legitimantur, ita etiam per oblationem monasterii *Bartol. in l. 10. C. de Nat. liber.* vel quando Spurius instituitur ad erogandum bona patris pauperibus, nam tunc favore pia causa tenet institutio *Trentacinq. libr. 1. de nobis. Resol. 1. n. 8. fol. 133.*

TH. XIII.

Q. Hinc non ineptè Quæri potest, an pater possit Spurium substituere? negat *Ant. Thesaur. lib. 3. quest. 119. num. 2.* ne per fraudem paternam Spurius bona patris consequatur, nec potest vulgariter, nec fideicommissariè substitui à patre *Trent. d. l. Reg. 1. n. 3.* nec succedit in familiam illustri. *Knipschild. de fideic. c. 9. n. 291.* nec potest institui in Majoratu *d. Molin.* nec facit deficere conditionem fideicommissi, si gravatus sine liberis decesserit. *Fusar. de fideic. subst. quest. 405. n. 1.*  
Et per



5.  
Et per tot. neque succedit in feudis, *Clarus §. feudum qu. 82. num. 1. Rosenthal de feud. c. 7. conclus. 19. n. 2. fol. 410.* nec in feudis maternis. Hic quæri potest, an pater legare possit aliquid Spurio loco alimentorum? *aff. Trentac. d. l. f. 137. n. 27. usq;* ad alimentorum legitimum modum, non autem ultra, sed quid si Spurius moritur, minimè transmittit alimenta ad hæredes suos, negat id *Bald.* sive legatum sit agnitum sive solutum à patris hæredibus, quin potius ad patris heredes revertitur, Ergò licet fundus ad alimenta sit relictus, vel Spuriæ aliquid relictum pro dote, tamen si moritur redit id ad heredes dotantis, quia dos est loco alimentorum, alimenta autem morte finiuntur, *l. 8. §. 10. ff. de Transact. l. 14. ff. de Alim. & cib. leg. Vinc. de Fran. decis. 283. n. 7. pag. 550. cap. 3.* quod tamen limitari potest, quando Spurio supersunt filii, vel descendentes, tunc æquius videtur, ut legatum Spurio relictum sive agnitum sive solutum, sive autoritate iudicis constitutum sit, ad eosdem descendentes transmittatur, & devolvatur, quia iisdem descendentes Spurii pater alimenta subministrare tenetur, quemadmodum & ipse pater deficiente sobole legitimâ, nepotes ex Spurio instituere potuisset. *Dd. in l. f. C. de Nat. lib. Val. Först. lib. 6. fol. 415. n. 35. Magnif. Dn. D. Richter decis. 88. n. 33.* si stuprator nihil habeat, vel Spurius sit pauper, avus præstare debet, vel Spurius tempore patris mortis non indigeat, sed postea incipiat indigere, & super veniat necessitas, tunc etiam alendus est. *Ant. Gab. de alim. lib. 6. conclus. 1. n. 3.* & hoc non sufficit in liberis Spuriis solis, sed & nefariis. *Ubal. de succ. ab int. n. 32. v. regulantem.*

TH. XIV.

Nunc ad nepotem patris Spurii, an ille possit rectè

B 2

heres



heres institui? valde hanc Quæstionem Dd. pro & contra  
disputant, opinionem tamen veram eam esse putat *Gail. 2.*  
*obs. 115. num. 5.* nepotem ab abao institui posse, quo casu scil.  
ei nulla extitit legitima proles. *Boër. decis. 127. n. 16.* sed ad-  
dit *d. Gail. n. 8.* hanc limitationem, aut avus nepotem insti-  
tuit intuitu patris, quo casu relictum tanquam in fraudem  
legis non valet *per Auth. ex complexu. C. de incest. nupt.* aut  
verò eum instituit ut extraneum, propter ejus benè meri-  
ta, quæ probari debent, & valet, aut denique dubitatur, &  
in dubio affectio naturalis inducit præsumtionem.

TH. XV.

Nunc ad ipsam querelam inofficiosi Testamenti, &  
quando Spurius est præteritus vel exheredatus, an possit eam  
instituire? juris est, quod nemo possit instituire querelam  
hanc, nisi competat illi legitima *l. 6. ff. de inoff. test.* aut fratribus  
si sit turpis persona instituta *l. 27. C. eod.* ergò non competit  
quoad patrem naturalem, quia, ut supra diximus, nulla est  
successio, præter id ad quod tenetur stuprator, nempe ad  
alimenta, secus verò est in matre, huic enim succedunt ab in-  
testato *l. 8. ff. und. Cogn. Corv. ad C. de Nat. l. 1. pag. 308. col. 2.*  
*§. 3. Inst. d. Sen. Orf.* quia mater nempe est certa *Christin. vol. 1.*  
*decis. 198. n. 1. Vinc. de Franc. decis. 47. n. 3. p. 103. col. 1.* nisi  
mater sit illustris persona, cui filii Spurii extantibus legiti-  
mis non succedunt *l. 5. C. ad Sc. Orfic.* nec contra mater  
filio spurio, *Tbesaur. lib. 2. q. 26. n. 8.* aliud verò est in matre  
plebeja *Andr. Lipsk. à lipe Cent. 1. observ. Polonic. 69. num. 13.*  
quamvis *Petr. de Greve ad ff. Exerit. 23. l. 6.* tradat moribus  
hodiernis indistinctè tales liberos ad successionem matris  
vocari, cujus tamen autoritatem à nemine vidi probatam  
esse. Imò spurii non solum matri sed etiam avix mater-  
næ aliisque ascendentibus per lineam maternam succedunt  
& ex-



& excludunt collaterales *Christin. d. l. n. 3.* succedit tamen parenti ab intestato naturalis ex concubinâ natus non extantibus legitimis; Sobolem autem legitimam in materiâ nostrâ accipimus pro omnibus descendens etiam legitimatis per rescriptum, in duabus unciis, eis autem extantibus vel extante conjuge, penitus excluditur, servatis sibi alimentis *Anton. Peregrin. ad eund. tit. de jure fise. n. 22.* pater verò si non habeat prolem seu parentem cui relinqui necesse est, naturalibus totam substantiam suam in testamento vel inter vivos relinquere licet *auth. licet. C. de Nat. lib.* Si tamen à patre naturales sunt exheredati vel præteriti, quamvis non extent legitimi, non possunt dicere nullum vel inofficiosum testamentum. *Peregr. d. l. n. 24.* Spurius tamen filius per indirectum ex personâ alterius capere potest bona paterna, veluti si quis contrahat universalem societatem omnium bonorum cum aliquo, hîc si pater testetur, & spurii locum heredem instituat, consequetur spurius vi societatis portionem in illis bonis, quia ex naturâ societatis universalis omnia inter socios redduntur communia *Peregr. l. 90. l. 7. 8. ff. pro socio l. 1. § 1. ff. eod.*

TH. XVI.

Lubet etiam hîc quærere, an sit Parricidium, & poena huic statuta locum habeat in illegitimis, sive naturales sint sive spurii, ut in patre & matre, quæ filium illegitimum vel spurium interficit & contra? communiter Dd. aff. quoniam in iis quæ ad jus sanguinis spectant atque reverentiam pietatemve, quæ parentibus debetur, nomine parentum & filiorum etiam naturales atque ex coitu damnato geniti intelliguntur *l. 6. ff. de injus voc. l. 12. §. 4. vers. item ff. de accusat. consideratur enim hîc substantia filiationis, non qualitas, ut loquitur Jul. Clarus lib. 9. sent. §. Parricidium n. 2. fol. 68. Magn. D. Struv. ad ff. Ex. 49. tb. 78.*

B 3

Quia



TH. XVII.

Quia diximus de successione & patris & matris, post illam quæri potest, an pater possit spurio donare, & an possit donationē revocare? responsio est facilis, quod sic *l. 25. C. de donat. inter Vir. & Uxor.* quando autem est morte confirmata, tanquam in fraudem heredum non valet, nec valet donatio licet juramentum sit appositum *Peregr. de jur. fisc. d. l. 107.* & licet gravatus sit restituere, vel jussus fuerit à Testatore præstare legata relicta filiis Spuriis sub poenâ privationis hereditatis, tamen præceptum est nullum & invalidum *l. 37. ff. de Cond. & dem.* Quid verò si heres promittat præstare legata sic inutiliter relicta, an ex promissione obligabitur, vel si præstiterit, conditioni locus est? omninò promissio est invalida nec obligatoria, exinde nec dominiū transferatur *Natta Conf. 402. n. 5. Peregrin. d. l. n. 109.* ultimò circa spurios notandum venit, quod illi rem possidentes aliquo tempore, omninò præscribant, saltem 30. annis, adeò ut postea inquietari non debeant, nec obstat mala fides, vel quod contra legis auctoritatem possideant. *Cravett. Conf. 166. n. 33.*

TH. XIIX.

Indubio autem Spurius non præsumitur, magis enim honestum præsumendum est, quam inhonestum, & in dubio semper in meliorem partem facienda est interpretatio. *l. 3. ff. de his que in testam. del.* & licet filiationis probatio ex parte patris directò fieri nequeat *Gail. 2. obs. 97. num. 3.* quia non currit in sensum, tamen ex conjecturis, præsumtionibus & aliis circumstantiis filiationis probatio fieri potest, si scilicet quis tractatus fuerit à patre ut filius, si sic nominatus & educatus sit, & ita à vicinis & omnibus reputatus *Mascard. vol. 2. concl. 797. n. 8. de prob.* & ut supra dictum, Dd. eò inclinant



clinant quod si maritus uxorem absque iudicio ecclesie dimiserit, illaque postea in lupanari existat, quod filius ex ea debito tempore natus praesumatur legitimus *Cyn. in l. 9. n. 4. C. de nuptiis.*

TH. XIX.

Filius etiam praesumitur legitime natus, licet uxor de adulterio sit convicta, quia, etsi sit adultera, tamen lex non praesumit filium in adulterio natum sed ex marito *l. 11. §. 9. ff. ad leg. Jul. de adulter.* etiamsi mater confiteretur & asseveraret filium natum ex adulterio, hujus namque assertioni non habetur fides, & natus potius pro legitimo habetur *Boer. decis. 299. n. 1.* matris enim asseveratio plerumque fallax est, nisi maritus sit impotens, aut peregre & diutius abfuerit, vel valetudinarius sit *l. 6. ff. de his qui sunt sui vel ali.* Ita nec habetur fides mulieri asserenti de filio spurio nato. *Boer. decis. 299. n. 6.* affert exemplum cujusdam Reginae, quae ex milite habuerat filium, quem pater primogenitum suum filium credebat, post Regis mortem Regina declaravit illum filium non esse Regis, sed militis, & ad ipsius matris assertionem filius renunciavit regno, & illum non bene fecisse ait, quia talis asseveratio matris ei non praesudicat *Boer. loc. cit.* Et communis opinio est quod non debeat ipsi credi, siue filio, siue alteri id dixerit. Idque videtur verius, attentata juris praesumptione, etiamsi sterilis longo tempore fuerit. Alia vero ratio est in liberis expositis den *Findelkindern* / hi etenim non habentur in dubio pro legitime natis.

TH. XX.

Succedit nunc & illa materia, quomodo naturales legitimentur, ita scilicet ut jura patriae potestatis adipiscantur, & quoad suavitatem per omnia legitimis naturalibus aequiparentur, habeantque querelam inofficiosi Testamenti, & pra-



præterea omnia alia juris remedia quibus utuntur legitimi, consequantur, *Gail. 2. O. 140. n. 2.* Legitimation enim in genere dicitur, & quoniam variis modis fieri solet, qui tamen hodiernis moribus non omnes servantur, sed potius in defuetudinem abierunt, ut tradit *Corv. ad C. de Nat. Lib. p. 309.* & tantum supersunt hi duo modi, nempe per subsequens matrimonium, & per rescriptum Principis, quod verò tertium modum concernit per oblationem Curia, infra aliquid pro re natâ dicturi sumus, legitimation enim per subsequens matrimonium multo potentior est, & plures gignit effectus, quàm illa, quæ fit ex rescripto. *Steph. Grat. disc. for. 218. n. 29.* cum illa à natura hæc à lege proveniat *Nov. 74. c. 1. § 2. in fin.* Unde & illa, quæ ex matrimonio subsecuto est, vera & propria, hæc verò ficta & impropria dicitur *Menoch. lib. 1. Conf. 18. num. 13.*

TH. XXI.

Cum Origo cujuscunque rei sit spectanda *l. 1. ff. de Orig. jur.* proinde ante omnia indagandum erit, quo jure legitimation sit introducta? dist. erit inter legitimationem à natu: à privilegiatam, ut fit persequens matrimonium, & quæ fit per Rescriptum, illa non est ex jure Civili, nisi per consequentiam, quoad ea scilicet, quæ jure positivo sunt denegata, hæc verò à lege, unde ut in terminis nostris permaneamus *Dd.* variè Legitimationem describunt, quod scilicet sit actus, qui producit patriam potestatem *l. 3. ff. de his qui sunt sui vel alien.* aliter *Ludov. Molin. de just. & jure tr. 2. disp. 171. num. 1.* quod sit natalium restitutio, quoad ea, quæ filiis illegitimis positivo jure denegata sunt & tandem *Corvin. ad C. de Nat. lib.* hanc definitionem adponere lubet, quod sit legis actio, quâ liberi, qui nativitate non sunt in patriâ potestate, post eam fiant legitimi, quæ definitio hic retineri potest.

TH.



TH. XXII.

Quomodo ergo fit talis legitimatio? Requiritur omnino, ut coitus non sit incestuosus, vel nefarius, & ut inter virum & uxorem tempore conceptionis, aut saltem nativitatis matrimonium existere possit *S. ult. Inst. de nupt. Besold. consil. 199. n. 5.* licet matrimonium in articulo mortis, aut ultimâ senectute cum concubinâ, ex quâ quis filios habebat naturales, contractum sit *Lud. Molin. d. l. disp. 172. n. 13.* retrò enim talis habetur affectio. *l. 10. C. de Nat. liber. Forst. de succ. ab int. fol. 349. n. 2.* nisi quis sit sensu orbatus, aut omni iudicio careat *l. 20. ff. de jur. dot.* licet à sene decrepito sit contractum, quia non concubitus, sed consensus nuptias facit. *l. 30. d. R. J.* quid autem de filiis vel liberis legitimandis, anne eorum consensus requiritur ad legitimationem? *Dd.* communiter aff. quia habent justam contradicendâ causam, ne redigantur in potestatem patris *l. fin. ff. de iis, qui sunt sui & c. nec infans, vel furiosus, vel absens legitimari potest, nisi postea consentiat, & ratificet Boër. decis. 160. fol. 304. Ant. Gabriel. lib. 6. concl. 1. de legitim. n. 16.* Contrarium tamen ut verius defendit *Molina de just. & jur. disp. 172. fol. 675. n. 5.* qui etiam talem legitimationem propter ingratitude revocari non admittit, quemadmodum ex communi Doct. sententiâ legitimatio Principis Rescripto obtenta propter ingratitude revocatur *Joan. Francisc. Baltbas. pract. resol. tit. 3. resol. 1. n. 15.* cum interfit Reipubl. legitimatio filiorum fieri, imò etiam parentes matrimonium contrahentes, non possunt renunciando talis filii ante matrimonium nati legitimatio impedire. *Didac. Covarr. de matrim. p. 1. c. 8. §. 2. n. 15.* filius verò adulterinus legitimari non potest, nec ad successionem admittitur. *Harprecht. inst. de adopt. fol. 552. n. 16.*

C

TH. XXIII.



TH. XXIII.

Quaestio alia huic affinis se nunc offert. An in hac legitimatione pactis vel instrumentis dotalibus opus sit? de jure civili non dubitatur quin opus sit *l. 6. C. de Nat. lib. versu in posterum: Nov. 89. c. 8.* & ista dotalia instrumenta ideò intervenire solent, ut ex iis constet de nuptiis initis cum concubinâ *Perez. ad C. de Nat. liber. n. 9.* & affectus maritalis distinguatur ab eo, qui hactenus erga concubinam fuit *Ant. Matib. ad Inst. §. ult. de nupt.* sed de jure Canonico, & in Praxi planè aliud observatur *cap. tanta vis x. qui filii sunt legitimi, ad quam quaestionem Trentacinq. lib. 1. resol. 1. de legit. n. 3.* dicit, non esse necesse ut adhibeantur dotalia instrumenta, quando non extant filii legitimi naturales, & dicit *Corvin. ad C. de Nat. lib.* hodiè absque pactis dotalibus solo consensu legitimè expresso, nuptiæ consistunt, & per illas filii ante concepti vel nati fiunt legitimi, quod etiam approbat *Rosentb. in synops. feud. c. 7. concl. 18. n. 11. Schultz. Instit. de Nupt. lit. k.*

TH. XXIV.

Quid si quis ducat meretricem, quaeritur, an procedat legitimatio? *Neg. Boer. decis. 240. n. 16. p. 2. fol. 56.* quia pater praesertim nobilis cum illâ non potest honestè matrimonium contrahere, limitat tamen, si ab initio, quando accepit concubinam, habuerit affectionem contrahendi in futurum cum eâ matrimonium, quod praesumitur eo ipso, quod postea contraxit *l. 10. C. de Nat. liber.* Idem etiam putat *Bartol. in l. penult. ff. de concub.* quod, si inæqualitas conditionis adsit, legitimatio postea non subsistat; sed probabilior videtur opinio *Gail. 2. O. 141. num. 3.* nihil obesse, si æqualis siue inæqualis sit conditio & *num. 6.* valet matrimonium etiamsi cum impudicâ & meretrice sit  
contra-



contractum, quia de jure Civili sufficit consensus nudus, & dignitas vel indignitas personarum, quoad perfectionem matrimonii non consideratur *Gabriel lib. 6. de Leg. conclus. n. n. 51. & seq. fol. 347.* qui habet multos consentientes & *Treutl. Conf. 115. n. 15.* qui ait, quod secundū jus Canonicum vir Nobilis hodiè etiam cum ancillâ & uxore vili atque ignobili prorsus contrahere possit matrimonium, & filii inde nati legitimi sint, etiam ad effectum successionis. *n. 17. Auth. sed novo jure C. de Nat. Liberis. & Brunn. ad C. eod.* quod liberi ex impari matrimonio nati sint nobiles.

T. H. XXV.

Multò ergò favorabilior & præstantior est hæc legitimatio, quàm ulla alia, cum etiam ad ea, quæ requirunt specialem concessionem, sit apta & omne vitium tollat. *Gail. 2. O. 142. n. 2.* hinc talis legitimatus testimonium accipere potest, quod ex thoro legitimo ac parentibus honestis sit natus, daß er von Christlichen frommen Eheleuten / aus einem rechten ehelichen unbefleckten ungetadelten Ehebette kommen und gezeuget ist. *Dn. Carpzov. p. m. p. 2. C. 6. def. 15.* & licet fiat mentio in statuto legitimè nati, nihilominus extenditur etiam ad legitimationem per subsequens matrimonium. *Boër. decis. 159. n. 5.* in tantum, ut licet statutum expressis verbis excludat legitimatos, hoc non obstante admittendi veniant legitimati hi, & ad quemvis actum Civilem *Knipschild. de jur. Civ. lib. 5. c. 2. n. 28.* & quod legitimatus per subsequens matrimonium censeatur immediatè natus in legitimo matrimonio, & lex ipsa præsumat ab ipso initio statim contractum fuisse matrimonium, *Treutl. Conf. 115. n. 3.* Unde & rumpit testamentum patris ante subsecutam legitimationem factum: *Castrens. in Conf. 30.* excludit substitutum, sub illâ conditione, si sine filiis legitimis & naturalibus decesserit



*Gabr. lib. 6. de legit. concl. 1. n. 32.* rumpit donationem omnium bonorum *l. si unqv. C. de. Revoc. donat.* non revocatur per supervenientiam liberorum, nec actus medius hanc impedit ut infra. *Mantic. Cons. 45. col. 2.* & absque omni dispensatione ad honores admittuntur, quamvis hoc etiam procedat in legitimatis per Rescriptum *Boër. decis. 69. num. 4.* imò succedunt in feudis, ut communi E. F. calculo receptum est *Schneidw. in Epit. feud. p. 6. cap. 2. princ. Rosentb. de feud. c. 7. conclus. 18. n. 1. & seq.* & quotidie sic pronunciat. Ist E. und E. samt seinem Weibe durch zeitlichen Tod von dieser Welt abgefordert / und haben beederseits väterlich und mütterlich Lehn Güter / auch unter andern einen natürlichen unehlichen Sohn nach sich gelassen / so mag solcher unehliche Sohn an ihren / der Eltern Lehngütern keinen Theil haben / er wehre denn durch folgenden Ehestand geehliget / *B. R. W.* & hoc procedit etiam si feuda essent acquisita pro heredibus ex corpore *Trentac. lib. 1. Resol. 1. de leg. n. 20.* & quamvis Dd. acriter disputent, si feudum esset concessum pro te & heredibus ex te legitimè descendantibus, non succedere legitimatum per sequens matrimonium. *Decius Cons. 276. n. 9.* & alii plures. Contraria tamen opinio æquior & justior videtur *Clarus lib. 4. §. feudum quest. 82. n. 5. Intrigiol. de feud. quest. 48. num. 28. & n. 55.* quia, ut diximus, æquiparantur legitimè natis in omnibus & per omnia, & in Praxi sic servari tradit *Schneidw. in Ep. feud. p. 6. c. 2. pr. num. 11. Hartm. Pist. lib. 2. quest. 41. n. 37. vers. ut ut sit. Georg. Schulz. in Synops. feud. cap. 8. n. 45. p. 416.* etiam si nec instrumenta dotalia intervererint.

TH. XXVI.

Quoniam jam dictum talem legitimatum succedere  
 in feudis etiam paternis, non immeritò nunc quæritur, an  
 etiam



etiam succedat in Majoratu? aff. sub hac tamen limitatio-  
ne, quando scil quis haberet filium ex concubina, interea  
verò secundo nubat alii uxori & gignat filium cum hac, hic  
praefertur illi, licet defuncta hac cum concubina inierit ma-  
trimonium, & ille sit major natus, quia non fuit legitimè  
natus, nec æquitas patitur, ut à jure prius tempore acqui-  
sito expellantur per legitimatum ex sequenti matrimonio; Ea-  
dem est ratio, si quis haberet duas concubinas & ex ambabus  
filios, illi prius admittuntur ad primogenituram, qui primò  
sunt legitimated, etiam si sint minores, & ille, quando non ad-  
sunt justii liberi, qui postea legitimated, excludit superveni-  
entes omnes ab hoc jure, per vulgarem regulam, qui potior  
tempore potior jure *Molin. de just. & jur. tract. 2. disp. 172.  
n. 7. fol. 676. Rumelin. ad Aur. Bull. p. 1. disp. 6. concl. 13. pag. 138.*  
Imò id etiam obtinet in feudis majoribus Imperii, vulgo  
*Sahn-Lehn* / prout attestatur laudatus *Rumelin. d. l. conclus.  
12.* quia omnis macula tollitur *novell. 89. c. 8. & 9.* & ideò si  
sunt verè legitimated, nec à successione etiam Electorali ar-  
cendi sunt *Buxtorff. ad Aur. Bull. thes. 85. lit. C.* Porro & in  
Emphyteusi tam seculari, quam ecclesiastica succedunt.  
*Joan. Francisc. Balth. Pract. Res. tit. 3. Res. 1. num. 20. pag. 250.*  
quod autem non obtinet in legitimated per Rescriptum *Ant.  
Gabr. l. 6. concl. 1. de legit. n. 30.* excludunt etiam foeminas stante  
statuto excludente eas, si legitimi supersint, *Tiraqu. in l.  
si unquam verbo susceperint liberos n. 82.* Trahi huc etiam pot-  
est illa non contemnenda Quæstio: An talis legitimated ad-  
mittatur ad Assessoratum Cameralem? hanc Quæst. neg. **Q.**  
*Harprecht ad Inst. de nupt. §. ult. num. 31. per text. in p. 1. Ord.  
Cam. tit. 3. §. 1. verba sunt,* des gleichen sollen die Beysiher alle  
eines Erbarn Wesens/ und Wandels/ auch rechter natürlicher  
ehelicher Geburt seyn/ sed in hoc videtur ille hallucinari, quod  
C 3 talis



talis legitimatus non dicatur legitimatus, sed legitimus, ac legitimè natus, prout sonant verba *in cap. tanta vis x. qui filii sunt legitimi*, Ergò salvis verbis ordinationis Camerae, talis ad Assessoris munus assumi potest, aliud est in legitimatis per Rescriptum Principis, hi enim ad hanc dignitatem adspirare non possunt, *Mynsing. Cent. 4. O. 31. circ. fin.*

TH. XXVII.

Rem jam non novam aggredior, ut cum Imperatore *l. 14. C. de judic.* loquar, nimirum an etiam Spurii torneamentorum jure gaudeant? *Das sie dürffen stechen / oder nach den Ringel rennen?* Et cum in opificiis ejusmodi macula circa acquisitionem magistralitatis (ut ita loquar) officiat, multo magis in hac actione, maximè illustri, id vitium nativitati oberit, prout etiam sic argum: *Limna. de jur. Publ. lib. 6. c. 5. n. 55. & seq.* Nam non nisi certam familiae suae lineam ducens ad torneamenta admittitur, & quamvis legitimatum quovis modo de jure non excludi verùm censeam, si tamen de facto contingat, ut talis legitimatus ad cursum, zum Ringel rennen / sese offerat, suadere ipsi nolim, cum reliqui verè legitimi fortassis ipsi non attentà legitimatione quæstionem status movere non cessabunt.

TH. XXIIIX.

Q. Quid si quis nesciverit, fæminam, quam cognovit, esse alterius uxorem, vel sibi sanguine junctam, an ex eâ natus filius sit illegitimus? quamvis Dd. maximè conentur tales liberos ex ordine legitimorum eximere, propterea quòd parentes rei illicite operam dederint, nec ignorantia filio prodesse debeat, cum & contra præceptum divinum & ecclesiae contraxerint, *Molin. disp. 172. tract. d. just. & jur.*



5.  
Et jur. n. 11. Sed veritati magis consonans videtur distinc-  
tio inter casum ignorantiae, & casum scientiae, ita ut  
illo susceptus ex matrimonio invalido quidem, sed in fa-  
cie Ecclesiae celebrato ob bonam fidem & favorem libero-  
rum legitimatio procedat. *Molin. d. l. n. 12.* sufficit namque  
matrimonium putativum ut succedant parentibus, *Ma-  
gnif. Dn. D. Richter. de success. ab intest. S. 1. n. 14.*

TH. XXIX.

Si ergo haec legitimatio omne abstergit & purgat vi-  
tium, sequitur etiam, ut supra dictum, quod eadem habe-  
ant privilegia, rediguntur enim in patriam potestatem, &  
omnia jura legitimorum liberorum ac suorum heredum  
consequuntur, tam inter vivos quam ex testamento, vel  
ab intestato. *l. 5. in pr. C. de Nat. Lib. & succedunt Patri*  
tam de jure Civili quam Canonico, imò illis personis, qui-  
bus succedunt illi, qui revera ab initio fuerunt legitimi, &  
cognatis, & agnatis patris, & è contra: *Arg. Conf. 17. col. 2.*  
nec obest dissensus parentis, secus ac sentit *Boër. all. l. in-*  
telliguntur namque legitimati quoad omnem successionis  
effectum.

TH. XXX.

Dictum fuit supra, duos modos hodiè in usu esse, qui-  
bus illegitimi fieri possunt legitimi, ita ut jura naturalium  
legitimorum consequantur, & quia alter favorabilior est  
altero, è re est, ut illum modum, qui fit consensu & per  
Rescriptum Principis, exaremus, & quia de definitione  
constat, inutile putamus in illà diutius commorari, sed  
statim ad rem ipsam accedimus: Ille enim iterum fit du-  
pliciter, nimirum per Principem ipsum immediatè vel  
mediatè per Comitem Palatinum, cui potestas haec con-  
cessa est à Principe, vel Imperatore, quod apparet ex Dī-  
ploma-



plomate, de quo inferius, quæ legitimatio tamen eosdem  
habet effectus, ut constat ex *Cap. Tanta vis*, Dividitur hæc,  
quatenus in genere consideratur, in dispensationem & le-  
gitimationem strictè dictam. Dispensatio enim nihil est a-  
liud, quàm restitutio illegitimorum, quoad certos quos-  
dam effectus, non quoad omnes, sed quoad reliqua manet  
illegitimationis macula, *Dec. Cons. 264. num. 3.* & potest hoc  
Princeps pro lubitu etiam contra statuta Reip. facere *l. 27.*  
*ff. de Poen.* Unde juxta Bald. Principis honor consistit in  
damnatorum restitutione & ignoscendi gloriâ *D. Carpz.*  
*in Pr. Crim. quest. 150. per tot.*

TH. XXXI.

Pertinet Jus legitimandi liberos naturales ad Rega-  
lia majora, solusque imperator hoc jus restituendi natali-  
bus habet. *Nov. 72. c. 2. Rosenth. fol. 148. n. 4.* legitimandi  
tamen hanc potestatem hodiè etiam habent Archiduces  
*Mynst. Cosmog. lib. 3. c. 416.* imò hodiè ex consuetudine  
hoc jus legitimandi etiam aliis Principibus, Ducibus, Mar-  
chionibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus & Civitatibus  
Imperialibus, Imperatorem immediatè superiorem reco-  
gnoscentibus, competit. *Harprecht. tom. 4. Inst. de injur.*  
*§. 10. n. 146. Myler. de stat. Imp. c. 54.* Requiritur verò an-  
te omnia in legitimante patre, ut non potuerit matrimo-  
nium contrahere cum concubinâ, ex quâ natus est na-  
turalis, vel sit mortua mater, vel alia impediens ad sit cau-  
sa, nam quotiens potest quis legitimari per sequens matri-  
monium, non debet id fieri per Rescriptum, *Gabr. d. l.*  
*conclus. in 38.* nec extraordinarium quæri remedium, ubi  
adest ordinarium. *Nov. 74. O. 2. Gail. 2. c. 142. n. 3.* nam  
nec aliter habet locum, nisi in subsidium. Consentire ve-  
rò insuper & liberi debent, quia est actus voluntariæ juris-  
dictio-



ditionis c. 11. Nov. 89. & legitimationem petentes in libello supplici inserere, quod vel sint adulterini, vel cujuslibet farinae, alias faciunt indignos se hoc beneficio & non valet legitimitas subreptitiae impetrata, *Dec. Conf. 338.* Praetereaque requiritur, ut non alios liberos habeat pater, aut in supplicatione eorum faciat mentionem; Non tamen consensus eorum requiritur, in patris enim potestate & facultate est, de bonis & rebus suis pro placito disponere, quia agnati tantum spem succedendi, non vero jus in re habent, nisi patre instituto & gravato sub conditione, si decefferit sine filiis legitimis à natura vel legitimatis, hereditatem restituere, tunc, quia fit fideicommissariis praedictum, citandos esse docet, *Val. Forst. de Succ. ab int. l. 6. c. 34. n. 26. l. 39. ff. de Adopt. praeterea & causam doceant, quare legitimationem petant, & in eo videtur favorabilior legitimitas, quae fit per Principem, quam quae per Comitem Palatinum, ratio est, quia valet à Principe facta, licet non exprimat causa Trentac. lib. 1. de Leg. Res. 2. num. 16. & hujusmodi legitimitas admittitur ex interdicto quorum bonorum Klock. tom. 3. Conf. 143. num. 47. & quamvis, ut supra dictum, soli patri competat petitio legitimationis, nihilominus tamen Dd. concludunt, naturalem filium posse per se ipsum petere legitimationem à principe, quia non est novum, usam legem per aliam suppleri, & sufficit, si ex post facto consensus parentis sequatur. Dn. Brunnem. in Com. ad ff. de Natal. Res. ad l. 2. n. 1. & 2.*

TH. XXXII.

Diximus in praecedente thesi, patrem debere denominare qualitatem, an sit Spurius vel incestuosus, nam incestuosus difficilius conceditur, quam naturalibus, sed talis legitimitas gaudet jure retractus *Christin. vol. 3. decis.*

D

57. n. 3.



57. n. 3. non tamen succedit in primogeniturâ *Glasen. de legitim. pag. 52. Lud. Mol. de Majorat. disp. 610. per tot. fol. 156. nec in feudis §. naturales 2. f. 26.* quoniam jus agnatis quæsitum Princeps per legitimationem auferre nequit, nisi filius expressè ad feuda sit legitimatus. *Hartm. Pist. l. 2. quæst. 40. n. 5.* aut pater post legitimationem feudum acquisiverit. *Rosentb. de feud. cap. 7. conclus. 19. num. 6.* hinc etiam tales legitimi quoad effectum juris legitimi dicuntur *dict. Nov.* patris potestati subjiciuntur, jus suicitatis habent, *Nov. 74.* legitimam ex bonis paternis petunt *Knipschilt. de legit. c. 5. num. 6.* ad officia & honores apti dicuntur *Först. lib. 6. c. 37. num. 29.* Plurimis tamen in casibus Principis Rescripto legitimi deterioris conditionis sunt, quàm ii, qui per subsequens matrimoniū legitimantur. *Nov. 74.* non enim succedunt ut alii in emphiteusi ecclesiasticâ, nisi ad id expressè legitimi sint, semel tamen à Principe facta legitimatio, licet liberi postea ex justo matrimonio nati sint, non rescinditur, *Corv. ad C. de Nat. lib. & stante statuto,* quod exstantibus masculis naturalibus & legitimis foemina non succedant, excluduntur etiam per legitimatum talem *Cancerius. p. 1. c. 5. fol. 106. n. 42.* quando nimirum indistinctè ad feudum est legitimatus. Parentis tamen nobilitatem non consequuntur *Höping. de jur. insig. c. 7. n. 215.* nisi specialiter ad nobilitatem, honores, & dignitatem fuerint legitimi, *Knipsch. de fideicom. cap. 8. num. 353. & 379.*

TH. XXXIII.

Q. Quæri hinc potest, An filius naturalis in præjudiciū legitimorum naturalium possit legitimari, adeo ut pater non solum possit eum instituere, sed ipsi simul ille cum legitimis ab intestato æquè succedat? & posse Dd. asserunt, & li-



& licet pater fecerit testamentum & instituerit naturalem, si tamen eo vivente legitimorum jura accipiat, institutio omni tempore valida sit. At distinguendum potius est, an sit facta mentio legitimorum, annon: illic valet, hic vero tanquam obreptitiè facta non valida est. *Gail. l. 2. O. 142. num. 10.* in præjudicium tamen agnatorum Principem ex plenitudine potestatis legitimare posse tradunt, quia vassallus non habet jus quæsitum, sed tantum in spe, *Gail. d. l.*

TH. XXXIV.

Omninò ergò incestuosi, Spurii, naturales, ac ex quolibet illicito coitu nati à Principe, & à Comite potestatem habente legitimari possunt, adeò ut tam nati quàm etiam concepti legitimari possint. *Besold. Cons. 199. num. 13.* imò adulterinus filius etiam ex duplici adulterio natus: *Fachin. lib. 3. cont. 60.* quamvis, ut supra dictum, nec facile soleat fieri, licet videatur difficultas in hoc, quod ex complexu nefario sint procreati, nihilominus tamen dispensationi locus datur *Menoch. Cons. 84. num. 5.* nec dubitari potest, quin hodiè etiam Status Imperii, Duces, Marchiones & Comites, qui amplissimâ & ferè Regali dignitate & potestate in ditionibus suis utuntur, legitimare possint, id quod etiam nonnullæ civitates ex diuturno tempore & præscriptione sibi arrogaverunt, *Besold. d. l. n. 18. 19.* in præjudicium tamen Status Imperii legitimatio non valet *Baltbas tit. 3. Res. 1. num. 39.* nisi Dux vel proceres consentiant *Sixtin. de Regal. lib. 1. c. 4. n. 107. pag. 101.*

TH. XXXV.

Habentur etiam tales legitimati perindè ac alii legitimi, etiam quoad hunc effectum, quod Princeps, ad quem bona illegitimorum sine liberis morientium pertinent,

D 2

ab eo-



ab eorundem successione sit exclusus, *Cbarond. lib. Resp. 24.*  
& talis legitimatus per rescriptum est legitimus & succes-  
sibilis non modò patri, sed omnibus ascendentibus, agna-  
tis & cognatis & propinquis, imò detrahit legitimam &  
Trebellianicam de fideicommissis *Arnold. de Reg. in Thef.  
Pract. fol. 887.* nisi legitimatio sit facta cum clausulâ:  
sine præjudicio venientium ab intestato; quia, sicut  
isto casu legitimati non æquiparantur verè legitimis, ita  
etiam iidem non possunt petere legitimam *Dn. Habn. dis-  
sert. 10. th. 30.* Supradictum fuit, quod liberi consentire  
teneantur, potest tamen nihilominus Princeps infantem,  
qui fieri non potest, natalibus restituere ex commiseratio-  
ne, vel intuitu meritorum paternorum, quia tacens in  
commodis pro consentiente habetur *l. 18. ff. Mandati. l. 6.  
ff. Rem. rat. bab. Faust. ab Aschaffenburg, Conf. pro Ærar.  
Class. 17. Conf. 86. fol. 800.*

TH. XXXVI.

Nunc ad eam quæ per Comitem Palatinum, quæ ta-  
men eandem habet vires, ac si ipse Princeps legitimasset,  
*Gloss. in l. 1. ff. de tut.* Ante omnia verò necesse est, ut  
causam diligentissimè investiget, & prius exhibeat suum  
concessum privilegium, nam de suâ potestate asserenti  
credendum non est, *l. 68. §. 1. ff. de fidei. Pacian. de Prob. lib.  
2. cap. 36. num. 8.* quâ in re tenor diplomatis diligenter  
inspiciendus est, ex quo apparebit, quot & quales actus  
de Reservatis Principis delegato Comiti Palatino compe-  
tant, alii enim Notarios creandi, Spurius legitimandi, ve-  
niam ætatis dandi, alii potestatem habent Doctores, quos  
Bullatos vocant, *Arumæ. Disc. ad Aur. Bull. 1. th. 5.* Licen-  
tios, Magistros &c. creandi. *Matth. Steph. de jurid. l. 2.  
p. v. c. 6. m. 1. n. 8.* neq. concessâ videtur potestas legitiman-  
di, quo-



di, quoad proprios liberos, quia desiderat causæ cognitionem, quamvis sit actus voluntariæ jurisdictionis *Harpr. ad Inst. §. 13. num. 38. de Nupt.* imò non extenditur potestas ultra nobiles, & consequenter non possunt liberos Principum, Comitum & Baronum legitimare, ut pro Principibus, Comitibus & Baronibus habeantur, *Sixtin. de Reg. p. 1. c. 4. n. 115.* Unde in diplomate Comitum Palatini hæc personæ plerunque inveniuntur expressæ, *allein Fürsten/Grassen/und Freyherren ausgenommen. Ant. Peregr. vol. 1. conf. 20. num. 5.* nec potest legitimare naturales liberos in casu existentium legitimorum, nisi expressè hoc in diplomate expressum sit *Balthas. tit. 3. Res. 1. n. 32.* etsi autem supremi Principis delegatus subdelegare possit, *l. 5. C. de judiciis* tamen secus est in hujusmodi Com. Pal. ut qui potestatem sibi per privilegium concessam, alteri delegare nequit *Sixtin. de Reg. d. l. n. 110.*

TH. XXXVII.

Effectus legitimationis est magnus, ut supra dictum fuit, & dicuntur legitimi quoad effectum juris *Peregrin. de fideicomm. art. 23. num. 30.* & sic etiam extra territorium sunt legitimi, adeò ut succedant cum aliis, si ibi casus incidat de successione, *Grat. diff. for. 252. num. 11.* imò in dubio pro legitimatione est pronunciandum, & si quis ad dignitates est admissus, præsumitur eum esse legitimum, quamvis hæc opinio & conjectura aliquando fallax sit: *Ruland. de Comm. lib. 1. v. 7. n. 10.* Ideò exceptio legitimitatis (ut ita loqui liceat) respicit petitorium, & per consequens etiam legitimatus institutus in Testamento & à patre nominatus in possessionem, venit immittendus, *Grat. Discept. c. 264. n. 52.*



TH. XXXIIX.

Tertius modus, qui tamen hodiè exolevit & abusu recessit, dicitur factus per oblationem Curia: Et fit quando masculus datur Curia: vel à patre vivo, vel post ejus mortem, prout in testamento pater jussit, *l. 3. C. de Nat. Lib.* Sed quia hic modus, ut dictum, amplius nec valet, nec in usu est *Corv. ad C. h. t. operæ pretium non erit, de rebus nullius momenti multa proponere, quamvis tamen Jacob. Cancer. p. 1. c. 5. num. 43. fol. 106.* dicat legitimatum per oblationem Curia: solis parentibus, non aliis agnatis, succedere.

TH. XXXIX.

Sequitur dispensatio, quæ est affinis Legitimationi, quam supra jam definimus, & sicut Princeps & Status Imperii jure superioritatis leges mutare, ita contra eas dispensare possunt, *l. 9. §. 11. ff. de Poen.* Dispensatur autem plerunque in matrimonialibus, testamentis, contractibus, & Pœnarum remissione, sed in gradum jure divino & naturali prohibitum, nulla cadit dispensatio, aliud verò est in gradibus jure positivo prohibitis, quod tamen Princeps sine gravi & urgente causâ facere non debet. *l. 31. l. 48. §. 1. ff. d. Nupt.* In Actu Testamentario Princeps vi juris & potestatis suæ per modum legis contentæ jus ultimarum voluntatum ita coarctare potest, ut validum sit etiam omissio legitimo testium numero. *Maul. de Ultim. vol. tit. 5. n. 7. Et tit. 12. num. 8.* non verò dispensare, ut muti & surdi à naturâ testari possint, *l. 10. C. qui test. fac. poss.* In contractibus præsertim mulierum ex defectu solennitatum dispensat, ut valeant, *Besold. Consil. 71. num. 13.* idemque est, ac si emissit cum Principe ac contraxisset, *Klockius Cons. 155. num. 68. tom. 3.* in delictis, qui potestatem,



statem summam habet, per jus aggratiandi dispensat, pœ-  
nam commutando *l. 9. §. 11. de Poen.* sed in Criminibus in  
Deum, ut sunt blasphemia, Magia, Veneficium, pa-  
ctum cum Diabolo, Sacrilegium, *Limn. de jur. Publ. c. 8.*  
*n. 280.* non dispensat. At in Civilibus omninò potest  
*l. 31. ff. d. Poen.* Sed an possit Princeps delinquenti gratiam  
facere contradicente parte læsâ? *Qr.* Et distinguendum *Q.*  
est, utrum pars læsa egerit ad publicam vindictam, an ve-  
rò ad privatam, scil. quanti interest ei nocitum non fuisse,  
illuc potest, non verò hic *l. fin. C. de abolit.* & omninò Prin-  
cipis officio convenit, concedere indulgentiam, ne læ-  
sus à justitiâ, vel delinquens à misericordiâ penitus ex-  
cludatur, *Reink. 2. class. 2. c. 8. n. 73.* quæ tamen obiter tan-  
tum dixerim: Denique & circa legitimationem etiam  
dispensat Princeps, quæ tamen stricti juris est, atque in  
dubio Princeps præsumitur velle, ne per suum Rescri-  
ptum alteri inferat præjudicium, *Klock. Cons. 133. n. 20.*  
*tom. 3.* Et tantum de hac materiâ sufficiat, atque be-  
nevolus lector pro dexteritate suâ emendet  
corrigen-  
da, sitque

SOLI DEO GLORIA.



Mate-





Ateriam litis Tibi Legiti-  
matio præbet  
Atque simul *Spurius*.  
Quid rationis habes?  
Doctrinâ *Spuriâ* quod non  
sis tinctus Amice;  
Hinc Tibi Doctoris Præmia Legiti-  
ma.

*Ex animo gratul. Cl. & Pereximio Dn. Can-  
didato, Fautori & amico singulari, bo-  
noris & memoria causâ.*

Christoph. Philip. Richter / D. Com.  
P. C. Fac. Jurid. Ordin. & h. t. Decanus.

**Q**uâ quondam Pater, hac amicitur Gna-  
tus eâdem  
Nunc cathedrâ, merito fretus uterque  
suo.

O felix, acie stantem cui cernere Gnatum,  
Quâ pugnans Genitor vicerat ante, licet.

Honoris & fausti ominis ergo  
scripsi

STRAUCHIUS.

Sic



**S**ic satis est meritam Tibi nos conce-  
dere palmam.

En petit atque refert nobilis hicce  
liber.

Differis exactè, prudens, *Spuriosque*  
restauras,

Dum quæ jura putas, dasque ne-  
gasque:probo.

*Gratulationis ergò Clarissimo Dn. Docto-  
rando Everbarti, Practico Ordurf-  
fiensi felici Amico suo honoratissimo  
hæcce ad ponebat.*

Ernestus Fridericus Schröter/  
D. & P. P.

---

**L**egitimare nothos res summi Prin-  
cipis, ergò  
Ex cultu digna est materia hæcce  
tua.

Est pater incertus sed certa est Mater  
ubique  
Sed certum hoc absit semper enim  
macula est,

E

Tu



Tu verò frater solerter differis, atque  
Legitimè hæc tradis, gratulor ergò  
tibi.

*Nobili atque Clarissimo Dn. Doctorando,  
fratri suo dilect. de promeritis ho-  
noribus gratulari sic voluit.*

Godofredus Augustus Everharti

J. U. L. Advoc. Ohrdruf.

**D**um celeri cursu referata palatia Pin-  
di

Scandis, Cœruleo phœbus ab axe suis  
Imperat Aoniis gratantia Carmina Nym-  
phis

Fundere & egregiâ neçtere ferta manu.  
Maçte novo titulo: sic nomen in omine ve-  
rum est;

posthuma TE stupeat fama, decusque  
Tuum!

*Συγχαριστὸν ἔβηκα Clarissimo Dn.  
Doctorando Affini ac Fratri  
Affectû meliore quam effectû  
hæc pauca apponere voluit.*

Casp. Christoph. Frobenius, Med.

Prædic. & Physicus apud Regiomont.  
in Franc. Ordinarius

Himlisch



**H**imlisch-gearter Geist / so nach der Tu-  
gend schwebet /  
Und stets nach Ehr und Ruhm / und schö-  
nen Künsten strebet /  
Der hasset alsobald von zarter Jugend  
auff /  
Was sonst zu hemmen pflegt der Adlen  
Tugend-Lauff.  
Er hebet sich empor bis an die Himmels-  
Bühnen /  
Woselbst sein herrlich Lob ohn unterlaß  
wird grünen :  
Dum / Werther Musen-Sohn / du / der  
Astreen Zier /  
Weil du nach Ehr und Ruhm gestrebet  
mit begier /  
Und meidest Müßiggang / den alle Tugend  
hasset /  
Der die theur-werthe Zeit so liederlich ver-  
prasset.  
Dum wird dein hohes Lob hinführo hö-  
her gehn /  
Als wo die güldnen Stern am blauen  
Himmel stehn.  
Vor andern / Wehrter Freund / wie du die  
Themis liebest /

E 3

Und





Und wie du dich mit Muz in ihren Rechten  
übest

Bezeuget dieser Fleiß: den du hast auff=  
gewand /

In dem du rühmlich dich der Glio machst  
bekant.

Wie Kaiser Ferdinand / der Dritte / hat ge=  
geben.

Den Hoff = Pfalz = Graffen Macht / be=  
schreibst du nett und eben /

Daß werde Ehren = Werth / und bringe  
sich zur Spizz

An Famen Ehren = Thron / an Tugend =  
Nedlen Sizz.

Ein unächt = Findel = Kind: Des Mutter=  
pflegt zu heißen

\* Nur Ein umgekehrteruh. \* Der kan es würdig  
preißen /

Daß es mit andern mag zum Ehren=  
Tempel gehn /

Und kan nun redlich seyn: Ja frey und  
sicher stehn

Trozz andern Ehrlichen: Wenn sie zum Am=  
te dringen?

Mag auch denselben mit zum Amt und  
Handwerk bringen

Gane



Ganz sicher / sonder-Zahr. Weil ihm  
der Ehren-Pracht

Durch Adlers-Bolmacht ist aus Gnaden  
über macht.

Gnug! diese Schrift wird dich zu hohen  
Ehren bringen /

Apollo wird mit Lust von deinem Lobe sin-  
singen /

Die Dreiverdritte Schaar / der ganze  
Helikon /

Trägt dir den Purpur vor zum wohl-  
verdienten Lohn.

Wir wünschen Glück dazu / daß solches bald  
geschehe /

Damit das Vaterland vor Freud erstau-  
nend sehe /

Wie Themis den bekrönt / und hoch zu  
Ehren weiß /

Der ihre Rechte Liebt mit unverdroß-  
nem Fleiß.

Wohl! Dessen müsse sich das Vaterland  
stets freuen /

Als oft / wie nun geschicht / die Wolken  
Flocken speien.

E 3

Der



Der Himel sei dir hold! Nim/Freund/  
mit frischem Muth/  
Was Themis reichet dar / den schönen  
Purpur-Hut.

Durch gegenwärtiges wolten den  
Herrn Doctoranden/gebührend  
aufwarten dessen (bey ihr Magn.  
Herrn D. Schröters) sämtliche  
Tisch-Gesellschaft.

Da sich der Sternen-Prinz auff seinen Throne neiget/  
Und von den obern Grad bis zu den innern steigt;  
So steigt Herr Everhart aufwärts den Musen-Sitz/  
Hat glücklich nunmehr auch erlangt dessen Spitz/  
Wie solches zeuget an / was Er daselbst geschrieben/  
Und uns darvon alhier zum Denckmahl überblieben/  
Auch zeugt sein neuer Nahm / den Ihm die Götter-  
Schaar/

Daselbst gegeben hat / gar satfam / daß es wahr.  
Ich freue billich mich / daß Er nunmehr erlangt  
Den hohen Musen-Thron / und ist uf solchen pranget/  
Ich ruff auch billich noch: Glück zu der hohen Ehr' /  
Gott gebe daß Ich Ihn bald DOCTOR nennen  
hör!

Dieses setzte dem Herrn Doctorando aus  
höchstverpflichteter schuldigkeit  
glückwünschend hinzu

Joachim Friderich Tang/D. R. B.  
Doctus



**D**Octus EVERHARTUS Cathe-  
dram jam scandere tentat:  
Scandit & hinc Ipsi gloria summa  
venit.

Gratulor Affinis: Cathedras conscen-  
dere pergas.

Sicque Tibi à Phoebô, gloria Major  
erit.

*Nobilissimo Dno. Doctorando Amico &  
Affini suo nusquam non colendo,  
hac gratul. adjiciebat.*

Johann. Ernst. Gnüge, Gothan.  
L. L. Studiosus.






Dignus EVERHARTUS Carde-  
gram iam laudare tenet:  
Scandit & hinc ipsi gloria summa

Gratulor Affinis: Cathedras conscen-  
dite pergas  
Sicque Tibi à Phoebus gloria Major

CIT.

Nobilissime Domine, Dilectissime  
Johann. Fr. Göttinge, Göttingen  
L. L. Sardinia

Johann. Fr. Göttinge, Göttingen  
L. L. Sardinia













ULB Halle 3  
005 360 773  


10007











1670, 12 <sup>13</sup> <sup>4.</sup> <sup>16</sup>  
DISPUTATIO INAUGURALIS

DE  
JURE ET LEGITIMATIONE  
**SPURIORUM,**

Quam  
Deo Optimo Maximo annuente,  
ex  
Decreto & Autoritate  
*Magnifici ac Nobilissimi Jctorum Or-*  
*dinis in Illustri Salana,*

PRÆSIDE  
VIRO  
*Nobilissimo, Amplissimo, Consultissimo atque Excellentissimo*  
**DN. JOH. CHRISTOPHORO Falschner/**  
J. U. D. P. P. celeberrimo, Consiliario Saxonico, Curia  
Provincialis, Facultatis item Juridicæ & Scabinatus Assessore  
gravissimo,

*Dn. Patrono ac Promotore suo observanter colendo,*  
**PRO LICENTIA**

Summos in utroque Jure Honores ac Privilegia Doctora-  
lia ritè consequendi,

*Publico Eruditorum Examini sistit*  
**GUNTHERUS HEINRICUS EVERHARTI,**

*ad diem Novemb. M DC LXX.*  
*horis ante- & pomeridianis consvetis in Auditorio Jctorum.*

JENÆ  
Typis JOHANNIS NISL,

